

6. Supreme Tribunal of the Apostolic Signatura, Decree of the Secretary, June 18, 2014, Prot. N. 48671/14 CA—Rejection of recourse at the outset—Peremptory time limit of 10 days to make recourse to the

Prot. N. 48671/14 CA

(Rev.dus N.—Congregatio pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae)

DECRETUM

In causa, de qua supra, infrascriptus H.S.T. Secretarius decreto diei 12 aprilis 2014 recursum in limine reiecit, indicato termino peremptorio decem dierum ab eodem recepto, ad recursum, motivis suffultum, ad Em.mum Praefectum exhibendum.

Quibus praehabitis,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Re sedulo perpensa;

Perspecto quod:

—Rev.do Recurrenti decretum reiectionis in limine die 5 maii 2014 a Superiore provinciae commorationis coram duobus testibus rite notificatum est;

—Ipse litteris die 9 maii 2014 ad H.S.T. et ad Rev.mum Supremum Moderatorem datis recursum tantum praenuntiavit;

—Solummodo autem die 30 maii 2014, scilicet quattuordecim dies post terminum peremptorium elapsam, recursum motivis suffultum misit, qui die 3 iunii 2014 ad H.S.T. pervenit;

Auditis Rev.mo Promotore Iustitiae et Rev.do Promotore Iustitiae Substituto;

Vi art. 78, §3 *Legis propriae* H.S.T.,

decrevit:

Litem coram H.S.T. finitam declarandam esse et facto declarari.

Et notificetur iis, quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae e Sede huius Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis die 18 iunii 2014.

+ Franciscus DANEELS, o.praem.

Archiepiscopus tit. Bitensis

Secretarius

Iosephus Ferdinandus MEJÍA YÁÑEZ, M.G.

Moderator Cancellariae